ut in principio c. Eos qui de sen. excom. li. vi

¶ Vicesimus nonus est in fine dicti c. Eos qui idem est in absoluto qui se debet eciam conspectui presentare si hoc non facit

¶ Tricesimus primus religiosus qui manus violentas in clericum secularem iniicit nisi excessus huiusmodi fuerit enormis evagandi potest eo casu ab episcopo loci absolutionis beneficium obtinere ut in c. Religiosi de sen. excom. li. vi

¶ Tricesimus secundus est in c. cum illum de v. c. Religiosi bigamus violentas manus iniecerit in religiosum qui religionem ingreditur quamvis religiosus censeri tamen non possit donec sit tacite vel expresse professus excommunicationis sententiam incurrit ipso facto

Secuntur casus Clementinarum ubi quis ipso facto excommunicationis sententiam incurrit

Primus est quod impediens sequestrum factum per ordinarium post sentenciam suam diffinitivam in Romana curia datam tantum de contentione possessionis super possessorio vel petitorio excommunicatus est ipso iure et a sede apostolica absolvendus

¶ Secundus item occupans fructus sequestratos modo quo supra excommunicatus est nec potest absolvi nisi prius fuit emendatum. et isti duo casus habentur de sequestratione possessionum et fructuum c. Ad compescendas

¶ Tercius est de sepulturis c. i. excommunicati sunt exempti qui in casibus non permissis defunctos sepeliunt in cimiteriis tempore interdicti vel qui sciente sepeliunt excommunicatos nominatim interdictos vel manifestos usurarios

¶ Item in Clementina prima de decimis ponuntur quatuor casus in quibus religiosi gravantes vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas si requisiti per illos quorum interest non desistunt infra mensem vel usurpatis vel retentis infra duos menses emendam non fecerint suspensi sunt ab officiis administrationibus et beneficiis et talia non curantes sunt excommunicati

Item in Clementina de statu monachorum et canonicorum regularium in Clemen. prima Ne in agro c. Quia vero non nulli sunt duo casus de monachis ¶ Primus de monachis euntibus ad curias principum sine licencia superiorum ¶ Secundus casus est de recipientibus superioribus